



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648

Consideratio X. Crux dominica est scala Jacob, & secura animæ Christianæ
ad cælum semita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45934)

Hæc omnia sancta sunt illis in figura, scriptura sunt autem propter nos: Per sponsum Isaac præfiguratus est sanguinum Sponsus Christus ^{S. A. b. f. &}
 & hic crucifixus, per Rebeccam Ecclesia, cuius tunc illa typum gessit, <sup>S. Aug. cratii
Quaresmio</sup>
 hanc Christus dotavit, & locupletavit pluribus thesauris ac divitiis; ^{10. 4 cap. 3.}
 Per inauras fides denotatur, fides enim ex auditu, per armillas aureas,
 quæ sunt manuum & brachiorum ornamenta, bona opera indicantur:
 Per vasæ aurea & argentea doctissimus Quaresmius septem sanctæ Ec-
 clesiæ Sacra menta intelligit, quæ sunt vasæ gratiæ ac meritorum Chri-
 sti crucifixi, quæ nobis suo sanguine promeruit; Per vestes pretiosas
 gratiam divinam subaudi, hæc est enim vestis illa nuptialis, sine qua
 ad nuptias Agni non pervenitur. Ex quibus omnibus satis supérque
 liquet, quantum Christus Dominus suam sponsam Ecclesiam, & tuam
 dilexerit animam. Juvat hic audire S. Paulum: *Christus, inquit, caput Ephes. 5. 23.*
est Ecclesia: ipse Salvator corporis ejus. Christus dilexit Ecclesiam & se ipsum
tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mandans lavacro aquæ in verbo vita, ut ex-
hiberet sibi ipsi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut ali-
quid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata &c. Cæterum quod de spon-
 sa Christi Ecclesia hic dicitur, subaudiri etiam debet de anima tua,
 homo Christiane! Vide proinde & cura, ut imposterum anima tua
 sit sancta & immaculata, ac digna Christi crucifixi Sponsa.

O quam felix tunc eris in mortis articulo!

CONSIDERATIO X.

Crux Dominica est Scala Jacob, & secura
 animæ Christianæ ad cœlum semita.

Vidit in somnis scalam stantem super terram; ^E caci-
 men illius tangens cœlum. Gen. 28. 12.

I.

Cum Isaac Patriarcha jam in proœcta constitutus ætate, pru-
 denter prævideret, quod Jacob filius ob præceptam Esau fra-
 tri suo benedictionem vix amplius tutus in paterna domo
 posset consistere (Minitatus enim erat Esau fratri suo: *Venient
dies luctus patris mei, & ego occidam fratrem meum*) Jacobum ad ^{Gen. 27. 41.}

E 2

sc

se vocavit, & cum paterna benedictione in Mesopotamiam dimissum ablegavit, ut illuc locorum sibi sponsam deligeret, & tali occasione fratris iram declinaret. Paruit Jacob patris imperio in omnibus; Et Ecce! cū de nocte intempesta necessitate compulsus, in patenti campo super lapides somnum capesseret: *Vidit scalam stantem super terram; & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ. Mirabilis visio, ac plena mysteriis: Vidit autem Jacob in hac mirabili scalæ non tantum Angelorum multitudinem per illam ascendentium & descendentium, sed & Angelorum Dominum, qui utrâque extensâ manu hanc scalam stantem tenebat: Vidit Dominum innixum scalæ. Et cur, obsecro, ipse Dominus hanc tenebat scalam?*

Gen. 28. 12.

S. August.
Sermon. 79.

[¶]. S. Augustinus, quod per dictam cœli scalam peraptè crux Dominica intelligatur: *Dominus, inquit, scala incumbens est Christus in cruce pendens, crux enim scalæ cœli est, per quam Christus hominem laosum levavit ad Patrem. Per hanc scalam omnes Sancti & electi Dei in cœlum ascenderunt, & adhuc ascendunt, nec ullus est in cœlesti patria incola, qui sine cruce ad æternam pervenisset gloriam. Tu, qui hæc legis, vel audis, attende, an pariter in hac scalæ sis, secùs toto cœlo aberras, nec aliam tibi DEUS ad cœlum viam pinget, quam viam sanctæ crucis. Audis bene? Sed pergo.*

[¶]. Christus Dominus, ubi Petro claves Ecclesiæ promisit, mox ^{March. 16. 21.} cum, cæterosque discipulos edocuit de via crucis: *Exinde coepit Iesus offendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati a Senioribus, & scribis, & principibus Sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Indignè hoc ferebat Petrus, quapropter Christum seorsum assumens (quia coram aliis non audebat ipsum increpare) ei ex vehementi, quo in ipsum ferebatur amore, candidè in faciem dixit: Absi a te Domine, non erit tibi hoc, quasi diceret: Quid tu Domine? qui Christus & Filius Dei vivi es, cum morte crucis? non erit tibi hoc, non enim convenit Filium Dei crucifigi, ac morte tam indigna perire; ad quem Dominus conversus dixit: Vade post me satana, scandalum nibi es, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. Quares, quare Petrus adeò hic à Christo fuerit increpitus, cum tamen optimam habuerit intentionem?*

Respondent Patres, quia voluit impedire passionem ejus & cruentem, quæ tamen est unica via & scala in cœlum, per quam Christus prius in cœlum ascendit, nobisque viam monstravit, quæ sit eundem; proinde mox adjecit: *Si quis vult venire post me, abneget semel ipsum, & vallat animem suam, & sequatur me;* Supra quod S. Chrysostomus:

Tu ô Petre, dicas mihi: Propitius esto tibi (vel parce vitæ tuæ) ego autem dico tibi, quoniam non solum prohibere à passione nocivum tibi est, sed neque salvari poteris. En anime mi, hic habes scalam, apprehende eam fortiter, si vis ad cœlum vénire; Christus præxit, sequere eum; & quis non aveat sequi Christum Dei Filium? & tu quid? Recollige te apud temetipsum, qualis sic amator & imitator crucifixi JESU; adhuc dico: Recollige. & starue &c.

S. Chrysost.
hic apud
Cornel.

3. De Juda resert scriptura, quod in ultima coena, cum ageretur, diabolus in cor ejus immiserit, ut Christum magistrum suum traderet *Joan. 13. 2.* Judæis. Et factum est ita. Sed adverte ulterius; ubi Pilatus Judex Romanus ad instantiam Judæorum iniquissimam contra Christum nunc ferre voluit crucis & mortis sententiam, misit ad eum uxor ejus Claudia Procula, dicens per submissum fidelem famulum: *Nihil tibi, Matth. 27. 19.* & justo illi: multa enim passa sum bona per risum propter eum. Et quare hoc?

R. S. Ignatius Ep. & M. Cum paranda esset crux, diabolus tumultuabatur *S. Ignat. M.* tur, & pæniteniam imminisit proditori, & mulierculam turbavit in somnis, & ut Epilt. ad Pe-
t. & crucifixione cessaret, indicere molebatur; statim ipsius pernititem sentiebat. *Ilycarp.*

Ecce cum paranda esset scala ad cœlum, per quam Christus de hac terra primus ad Patrem ascenderet, atque innumeros alios per eandem crucis scalam ad se attraheret, tumultuabatur diabolus. Anime mi! Sine tumultuari diabolum; sic enim oportuit fieri, & ita Christum intrare in gloriam suam, & non per aliam quam crucis viam; sic pari modo oportet, ut & tu per eandem sequaris scalam; ita decrevit DEUS, ita Scriptura docet, ita præcesserunt SS. Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, Viduæ, Sanctique omnes. Et tu quid? ô delicate milles! tunc fine cruce, sine labore, sine tribulatione ad æternam vis pervenire latitiam? *Absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi,* hanc *Gal. 6. 14.* amplectere, hanc sequere.

4. Videamus modò, qualiter fuerit tumultuatus diabolus. Ubi Christus, vita nostra, jam hanc crucis scalam in monte Calvario ascendit, per quam in cœlum concenderet, & nos una secum in altum elevaret, observavit astutissimus diabolus, qui tunc juxta Venerabilem Bedam in crucis cornu sedebat, ex infinita Christi patientia & signis, que fiebant, hunc ipsissimum esse promissum orbis Redemptorem, atque per eum regnum suum ac dominium esse evertendum, quapropter de novo Judeos instigavit, quatenus nunc peterent, ut erucem rufus desereret Christus, & ex ea descendenter: *Si Filius Dei es, Matth. 27. 15.* dese de de cruce. O impii & execrandi Deicidae! prius allaborasti, ut Rex Judæorum tolleretur in cruce: *Iolle, tolle, crucifige eum;* nunc *Joan. 19. 15.* cum in crucis scala est ad oppugnandum cœlum, iterum suclamatis:

Consideratio X.

39

Si Rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei, nunc vultis, ut in crucem agatur Messias vester, nunc iterum desideratis, ut de illa descendat.

S. Bernhard.
serm. 1. in die
Pasche.

Hoc opus diaboli fuit, subintrat hic S. Bernhardus, & antiqui ser-
pentis astutia, sic enim reliquisset DEUS & Homo Christus opus salu-
tis nostræ imperfectum, proinde noluit patientissimus Dominus (licet
hoc potuisset facere) de crucis scala descendere, quia ex Patris imperio
in cruce debebat, & voluit mori, ut nos à morte perpetua redimeret,
nobisque scalam pararet, per quam ascenderemus in cœlum. Eja
Christiani! ascendamus & nos alacriter per hanc crucis scalam, ut ad
optatam perveniamus requiem; En Christus ipse eam nobis tenet
expansis & perforatis manibus, ne in hoc arduo ascensiū cadamus.
Sursum corda! Ecce Dominum innixum scalæ.

S. Anno Christi 203, Tuburbi in Mauritania pro Christo cruci-
fixo felicem martyrii cursum consummarunt S. Felicitas & S. Perpetua,
ambæ conjuges & honestissimo matrimonio junctæ. Felicitas, quia
prægnans erat, à tyranno juxta Leges Gentilium exspectata est, donec
in carcere pareret; Quæ, cùm vehementes partus dolores sentiret,
pro more parturientium altum ingemuit. Audierunt hoc cæteri
Christiani cum illa incarerati: Et quomodo, dī-eba-it, ô Felicitas!
eras martyrium sustinebis, ferrum, ignem, catastas, bestias, confræ-
tionem ossium, membrorum divisionem, ac totius corporis contri-
tionem, cùm nunc in partu ob leviores tantoper ingemiscis dolores!
quibus S. Felicitas: Nunc, inquietabat, in partu debitas humanae naturæ
pœnas persolvo, quia Evæ dictum fuit: *In dolore paries si iros tuos*, eras
autem protegente divinâ gratiâ pro Christo, amore meo crucifixo
omnia supplicia ac cruciatus læta sustinebo. Interim dum hæc fiunt,
S. Perpetua, quæ lactentem in carcere nutriebat parvulum, prægran-
dem scalam usque ad cœlum pertingentem conspicir, quæ scala hinc
atque inde percutis erat armata cultris ac gladiis, ad cujus pedes for-
midabilis jaçebat draco, SS. Martyribus per eam ad cœlum ascensuris
tion levem incutiens terrorem. Verum cùm S. Sartyrus adhuc puer
& in lege Christiana optimè instruētus, primus generoso animo hanc
scalam ascendit, S. Perpetua cum cæteris Christianis, martyrii Candi-
datis, animata, pari animi generositate ad martyrii locum properavit,
ubi S. Felicitas cum S. Revocato fratre suo à Leopardo occisa atque di-
scerpta, S. Perpetua vero, quam nec parentis, nec conjugis, nec par-
vuli lacrymæ permovebant, furenti vaecæ ac leoni objecta, & tan-
dem gladio pro Christo trucidata est. Sic feliciter hi SS. Martyres per
crucis scalam ad coelestem transierunt gloriam.

6. Cæte-

6. Cæterū plures Sancti ac Sanctæ Dei similes videbant cœli scalas. S. Pardulpho S. Michaël Archangelus candidam scalam usque Nadaf. in ad cœlum pertingentem ostendit, cuius summitati ipse DEUS erat Anno cœlest, innixus, qui S. Pardulphum, ut eò ascenderet, & coronam gloriæ à se 21. Decemb. acciperet, per amanter invitavit.

S. Romualdus Camaldulensem Monachorum Fundator, qui in summa vita austerritate annos centum & viginti DEO inserviit, similem scalam à terra cœlum pertingentem conspicatus est, per quam Brev. Rom. 7. Febr. homines in veste candida ascendebant & descendebant.

V. F. Leo inter primos & charillimos S. Francisci Seraphici Ex Chronico cios duris scalas juxta se invicem positas, unam rubei, alteram candidi Minorum lib. coloris, usque ad cœlum porrectas vidit, in apice rubicundæ scalæ 6. cap. 17. stabat Christus, in candida B. Virgo suos in cœlum invitantes Clientes.

Agite Christiani! Ecce parata est vobis similis cœli scala; venite ad crucifixum JESUM & SS. Matrem ejus dolorosam &c.

CONSIDERATIO XI.

Terebinthus, sub qua Jacob idola infudit, figura SS. Crucis Dominicæ.

Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos, Et rami mei honoris Et gratie. Eccli. 24. 22.

I.

Jacob Patriarcha, cum tandem post longam servitutem cum copiosa familia in patriam redditum pararet, ut ibidem stabilem sedem figeret, statuit quantocv̄s universam siam ab omni idolatria expurgare familiam; in quem finem DEO T. O. M. publicam aram ex solido lapide, quem oleo prius inunxerat, edificavit, serio imperans omnibus ac singulis suis domesticis, ut deos alienos & idola Labani, quorum cultui prius addicti erant, abjicerent, & horum loco DEO vero, vivo & unico pro omni possibili modo inservirent. Parent domestici omnes, & non solum aurea idola,